



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlæ Societatis Iesv

Angeli, Bernardo d'

Romæ, 1616

De ijs, quæ ad eius personam, & instructionem pertinent. Cap. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68329)



REGVLAE

MAGISTRI

Nouitiorum.



De ijs, qua ad eius personam, & instructionem pertinent.

C A P. I.

Officij neces-
sitas, & gra-
uitas.



Em esse magni momenti sibi
commisam intelligat, quã-
doquidem ex prima Noui-
tiorum institutione pendet
maiori ex parte eorumdem
profectus, & spes nostræ So-

citatis in Domino: curetque vt in dies per
studium propriæ perfectionis, instrumentum
aptius ad eos iuandos reddatur.

P. 3. c. 1. §. 12.
Amabilem se
præbeat.

2 Amabilem se præstet, & vitæ integri-
tate ac discretione ita se gerat, vt omnes, qui
in

in probatione sunt, ad eum in suis tentationibus confidenter confugiant, eique seipso confidenter aperiant, & ab eo consolationem, & auxilium in omnibus in Domino sperent.

3 In Domibus probationis separatis præter has regulas officij sui, habeat etiam regulas, & omnes facultates aliorum Rectorum, exceptis ijs, quæ Nouitiatui non conveniunt.

4 Habeat socium Sacerdotum fidelem & in rebus spiritualibus exercitatum, à Provinciali designatum, qui in ijs, quæ in Nouitiatu agenda sunt, sit eius Coadiutor. Habeat etiam aliquem fratrem ex antiquioribus in virtute probatum, & prudentem, qui iuxta ordinem obedientiæ significet unicuique exercitia exteriora, in quibus occupandi sint, & manu ducat illos cum opus est, ad illa faciendâ.

5 In Domo Probationis coniuncta Domui professorum, vel Collegio, habitatione tamen distincta, Magister Novitiorum erit subordinatus Præposito, vel Rectori: non tamen erit sub obedientia Ministri, sicut nec eius socius: in ea autem Domo, vel Collegio cœnatio sit communis, mensa aliqua Novitijs, & eorum Magistro designata.

6 Hic Magister Novitiorum pœnitentias in Nouitiatu tantum suis Novitijs imponere

Habeat etiam Regulas, & facultates Rectorum.

Socios habeat.

In Domo cœiuncta Collegio, &c. cui erit subordinatus.

Quando pœnitentias imponet.

Hic potest

poterit, extra vero, non nisi consulto Superiore.

Potestas ordinaria. absol- uendi a refer- uatis.

7. Habeat hic idem Magister Nouitiorum potestatem ordinariam absoluedi a casibus referuatis Nouitios, qui sub ipsius cura degunt, nisi eius Superiori hæc facultas aliqua de causa restringenda videretur.

Verfatus sit in lectione librorum spiri- tualium.

8. Verfatum esse oportebit in lectione librorum spiritualium, vt deceptiones, quæ in spiritali vita accidunt, non tantum experimento, sed etiam lectione intelligat. Quibus autem vtiliter ipse vti poterit, ij fere sunt, qui in subiecto Catalogo numerantur. Nouitijs vero eos tantum legendos tradet, qui nostro instituto conueniunt, ne quid ab eo alienum hauriant, aut quacumque ratione quicquam detrimenti capiant.

[Faint marginal notes in Latin, including 'in Domino', 'Magister', 'Novitios', 'potestatem', 'ordinariam', 'absoluedi', 'casibus', 'referuatis', 'cura', 'Superiori', 'facultas', 'restringenda', 'videretur', 'lectione', 'librorum', 'spiritalium', 'deceptiones', 'experimento', 'intelligat', 'Catalogo', 'numerantur', 'Novitijs', 'legendos', 'tradet', 'instituto', 'conueniunt', 'alienum', 'hauriant', 'quacumque', 'ratione', 'quicquam', 'detrimenti', 'capiant']



LIBRI AD VSVM MAGISTRI
 Nouitiorum accommodati.

- C** Gregorij Moraliae, & Regulae.
Augustini Confessiones, & meditationes.
Bernardus.
Bonauenturae Opuscula.
Cassianus.
 Homiliae Dorothei, Macharij, Casarij Arelatensis Episcopi.
 Opuscula Ephrem, Nili, Esaiæ Abbatis.
 Diadocus.
 Vgo de S. Victore de Claustro animæ.
 Ricardus de S. Victore.
 Umbertus de eruditione Religiosorum.
 Innocentius de contemptu mundi.
 Thomas de Kempis de imitatione Christi, & alia eius opuscula.
 Vincentij tractatus de vita spirituali.
 Ludouici Blosij opera.
 Dionysij Carthusiani opuscula.
 Albertus Magnus de Virtutibus.
 Epistolæ Catherinæ Senen.
 Landulphus de vita Christi.

HISTORICI.

- Gregorij Dialogi.
 Gregorius Turonensis de gloria Confessorum, & vita S. Martini.
 Eusebij historia Ecclesiastica.
 Seuerus Sulpitius de vita S. Martini.
 Vitæ Patrum selectæ.
 Vitæ sanctorum Lipomani, & Surij.
 Petrus Damianus.
 Petrus Cluniacensis de miraculis.
 Literæ Indicæ.
 Vita Patris N. Ignatij, & alij similes ad Novitiorum vtilitatem accommodati: ex quibus desumet aliquos pro illorum vsu.